grauiter puniſſe. nam homi-
cidium cayn puniuit acerbe
et tamen adhuc nō erat ꝓhi-
bitū lege ſcripta. Gene. iiij.
Unde etiā volens dominus
oſtēdere ꝙ ipſe homicidium
abhorreret et etiam homo ab
horrere deberet ſub velamine
figure carnē cū ſanguine ꝓ-
hibuit comedi. Leui. nono.

Homicida in anima de-
bet reputari mortuus et occi-
ſus. ideo dicebat rebecca ti-
mēs ne eſau occideret iacob
cur orbabor vtroqꝫ filio vno
die ſed vno in anima et alio
in corpore. Geneſis. xxvij.
Tantum offenditur deus in
effundēdo ſanguinem inno-
xium ꝙ ſeruicia illorum deo
diſplicēt. Jdeo noluit dn̄s
vt dauid edificaret ſibi do-
mum ſed ſalomō ei templū
edificaret. iij. Re. vij. Quia
ioas fecit zachariam iniuſte
occidi grauiter fuit a domīo
punitus quia diuina ꝑcuſſi
one a ſeruis ſuis occiſus eſt
et nō ē ſepultus in ſepulchro
regio, ſecūdi. Paralip. xxiij.

Unde dicit quidā ſanctiſſi-
mus doctor hortans et āmo-
nens quemlibet homicidam
vt peniteat dicens. o homici
da quid feciſti. ſi totū orbem
terre combuſſiſſes. celum de
ſtruxiſſes. paradiſum ſpoli-
aſſes. deum nō intantū tur-
baſſes qꝫ ꝙ ſanguinē fudiſti
ꝓ quo domin⁹ noſter ihesus
chriſtus ſuum roſeum ſang
uinem fudit Jnteremiſti em̄
hominem quem deus viui-
ficauit. Conuertere ergo et
age penitentiā et erit tibi gra
tia a deo.

De honore parentum

Honorare debemus parentes	Eis loquen-do cum reue-rentia
	Eis parendo cum obedien-tia
	Curam geren-do in indigē-tia
	Nō efficiēdo triſtes ex diſ-plicentia

Hōrare debe-
mus pn̄tes

Fructū querendo ex complacentia
Penam timē-
do de negligē-
tia.

Onorare debet ho-
mo parentes eis ex-
hibendo reuerentiaꝫ
loquendo ꝛ reuerenter aſſur-
gendo. reuerenter tractando.
ꝛ verbis oībꝫ de eis honorabi-
lia referendo. Sic ſalomō aſ-
ſurrexit matri ſue ipſam ho-
norando venit in occurſum e-
ius ꝛ eam iuxta ſe ſedere fecit
ꝛ blande eam allocutus eſt.
iij. Regum. ij. Thobias iu-
ſtus inter alia que dedit filio
ſuo documenta dixit. honorē
exhibebis matri tue omnibꝫ
diebus vite eius Thobi. iiij.
Expellens ihesus de templo
ementes ꝛ vendentes dixit.
Nolite facere domuꝫ patris
mei domum negociationis.
Johannis. ij. Volēs chriſtꝰ
oſtendere ꝙ patrem in mira-
culis ꝛ in omnibꝫ honoraret
dixit poſt eiectiōem demonij
Ego honorifico patrem. Jo-
hannis. viij. Omnia opera
que faciebat patri attribue-
bat oſtendens quō pater de-
bet honorari Johannis. v.

Honorare debet homo pa-
trem ꝛ mr̄em in preceptis. in-
ſup ꝛ in omnibꝫ obſequendo
qꝛ non obedientes parentibꝫ
malam incurrunt ſententiaꝫ.
Ideo filij heli qꝛ non obedie-
runt patri vt deſiſterent a ma-
lis diuinam ſententiam gra-
uiſſime incurrerunt. j. Regū
ij. alias iij. ꝛ iiij. Econtrario
rechabite licet eoꝝ pater res
difficiles mandaret videlicꝫ
non bibere vinum nec edifica-
re domus in ſempiternum ei
obedierunt Ihere. xxxv. Jo-
nathas qꝛ non obediuit pre-
cepto patris ſed ꝯtra precep-
tum patris modicuꝫ mellis
guſtauit mortis ſententiam
incurrit. primi Regum. xiiij.
Puer ihesus deſcendens in
nazareth cum parentibꝫ erat
ſubditus illis Luce ſecūdo.

Obedire debent filij pen-
tibꝫ ſcita eoꝝ volūtate dato

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ verbis non exprimāt. Jō chriſtus ſciens ꝙ de volun‑tate matris erat facere aliqđ miraculū in nuptijs. mater enim ſolum dixerat vinū nō habent. ⁊ ipſe obediens eius voluntati aquam in vinum conuertit. Johan. ſecundo.

Honorare debemus pa‑rentes de ipſis in vita et in morte curam habendo. et in neceſſitatibꝫ eis ſubueniēdo Ideo dauid in magna neceſ‑ſitate exiſtēs de ipſis curam habuit ⁊ ipſos regi moab di‑ligentius cōmēdauit. primi Reg. viceſimoſecūdo. Tho‑bias ſenior dixit filio ſuo. cū acceperit deus animaꝫ meā ſepeli corpus meum. ⁊ hono‑rem exhibebis matri tue om‑nibꝫ diebꝫ vite tue. Thobie quarto. Pendens chriſtus in cruce matrē ſuam dilecto diſcipulo commendauit. ex quo patet quantam curaꝫ et ſollicitudinem de ipſa habe‑bat qui de ea in tali articulo cogitauit. Johan. xix. Nota hic exemplū quod ponit au‑guſtinus in libro de ciuitate dei de quadam filia que nu‑triuit matrem incarceratam prebens ei ſingulis diebus vbera ad ſugēdum propter quam caritatem expertā de‑mum mater liberata eſt.

Honorare debemus pa‑rentes in nullo eos contriſtā‑do. nec eos inquantum poſ‑ſumus contriſtari ſinendo. Nam licet eſau eſſet malus ⁊ fratrem ſuum vellet occi‑dere. tamē nolebat facere vi‑uente patre ne ipſum contri‑ſtaret. ſed dixit venient dies luctus patris mei. ⁊ ego oc‑cidam iacob. Geneſis. vice‑ſimoſeptimo capitulo. Ui‑dens iudas contriſtationem patris ꝓ beniamin ad penaꝫ magnam ſe obtulit dicens. Ego ſuſcipio puerum đ ma‑nu mea require illum. niſi re‑duxero eum ⁊ tradidero tibi ero peccati in te reus omnī tempore. Geneſis. quadra‑geſimotercio. ⁊ quadrageſi‑moquarto capitulo. Uidēs autem ipſe iſrahel ꝙ iudas

nō patiebat̄ eum ↄtriſtari ac-
quieuit verbis eius qui non
acquieuerat verbis ruben di-
centis Duos filios meos in
terfice ſi nō reduxero eū tibi.
Gene.xlij.⁊.xliij Cū ioſeph
voluit retinere beniamin. ait
iudas. Nō poſſum redire ad
patrē meum abſente puero.
ne calamitatis pr̄is mei cau
ſa exiſtam Geñ.xliiij. Tho-
bias iunior dixit angelo. ſcis
enim ipē quoniā numerat di
es pater meus. ⁊ ſi tardaue-
ro plus vna die triſtabit̄ pa-
tris anima. Thobie.ix.

Honorare debemus parē
tes ꝓpter fructum ↄſequēdū
Nā nulli precepto deus ad
iunxit premium ſeruātibus.
⁊ penam nō ſeruātibus. niſi
tm̄ precepto de honore parē-
tum. Unde ait. Honora pa
trem ⁊ matrē vt ſis longeuꝰ
ſup terram. Et ſequit̄. Qui
autem maledixerit patri ſuo
aut matri morte moriat̄. Ex
odi.xx.⁊ Deutero.v. Quia
ſem ⁊ iaphet prēm denuda-
tum honorauerūt Jdō eius
benedictōem acceperūt Ge-
neſis ix. Benedictio autem
patris magne reputatōis e
rat ante eſau ⁊ iacob. cum ꝓ
ea taliter ↄtenderunt Gene.
xxvij. Quia cham patrē nō
honorauit ſed deriſit. idō ma
ledictōem eius incurrit. Ge
neſ.ix. Ad ruben dixit iacob.
Non creſcas qꝛ aſcendiſti cu
bile patris tui Geneſ.xlix.

Honorare debemus pa-
tres vt durum diuinum iudi
cium fugiamus ⁊ eius vltio
nem quā tam in preſenti qꝫ
in futuro parentes nō hono-
rantibus prepauit. precepit
enim dominus per moyſen.
Si genuerit quiſqꝫ filiū con
tumacem ac ↄteruum lapi-
dibus obruet eum omnis po
pulus Deuterono.xxj. Ab-
ſalon peſſime perſecutus eſt
dauid patrem ſuum. idō mor
te peſſima interemptus fuit.
ij. Regum.xv.⁊.xviij Duo
filij ſennacherib occiderūt eū
ſed neuter eorum regnauit ꝓ
eo. iiij. Regum.xix.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf